

6.

Konrad II. bestätigt dem Kloster Helmarshausen das Markt-, Münz- und Zollrecht daselbst.

Nordhausen 1033 Juni 20.

Originaldiplom im Archiv des bischöflichen Generalvikariats zu Paderborn (A). — C f. 16. — DK. II. 190 (Stumpf Reg. 2039).

Das von UE nach DO. III. 357 geschriebene Original war BRESSLAU noch unbekannt (auch hrsg. von LINNEBORN, Inventar des Archivs des bischöflichen Generalvikariats zu Paderborn S. 6 n^o 7). Indem ich den nach dem Druck von SCHATEN in DD. 4, 252 n^o 190 gebotenen Text hier ersetze, gebe ich zugleich auch die Varianten von C, aus denen man erkennen kann, wie wenig genau die Abschriften in C sind.

(C.)^a ✕ In nomine sanctae et individuae trinitatis. Chuonradus^b divina favente clementia Romanorum imperator augustus. ✕ Omnium nostri Christique fidelium tam praesens quam et futura comperiat^c turba, qualiter nos ob interventum ac petitionem^d dilectae coniugis nostrae Gisalae imperatricis videlicet^e augustae et nostrae dilectissimae prolis Heinrici^f regis nec non et fidelis nostri Meinuerchi^g episcopi, maxime vero ob amorem dei * Winoni sanctae Helmwardeshusensis^h aecclesiae venerabili abbati concessimus largiti sumus ac firmiter dedimus fas atque licentiam potestatem in eodem loco Helmwardeshusun^h dicto in comitatu Bennonis comitis et in pago Angeraⁱ sito faciendi habendi ac construendi^k mercatum, monetam constituendi, theloneum^l accipiendi^m ibique totius publicae functionis negotium decrevimus colendum. Unde imperiali iubemus potentia, ut omnes negotiatores caeterique idemⁿ mercatum excolentes commorantes euntes et redeuntes talem pacem talemque iusticiam obtineant, qualem illi^o detinent, qui Mogontie^p, Colonię et Trutmanne^q negotium exercent, talemque bannum persolvant, qui idem mercatum inquietare aut infringere praesumant.^r Idem mercatum cum iam dicta functione moneta banno et theloneo^s in^t proprium^t tradidimus memorato coenobio suisque rectoribus imperpetuum^u. Et ut haec traditio firmior omni permaneat aevo, hanc cartam inde conscriptam propriaque manu corroboratam sigilli nostri impressione iussimus insigniri^v.

a) C fehlt in C. b) Conradus C. c) compereat C. d) petitione C.
e) videlicet fehlt in C. f) Henrici C. g) Meinwerchi C. h) Helmwardesßhū C.
i) Angira C. k) das erste n über der Zeile in A nachgetragen. l) theloneum C. m) accipiendi accipiendi C. n) ibidem C.
o) illic C. p) Moguntiae C. q) Trutinantie C. r) presumunt C.
s) theloneo C. t) imperium C. u) inperpetuum C. v) communiri C.